

focietas cum tali iuramento, prout loquitur Ioann. Faber, si tamen persona hæredis nominaretur, tunc quia esset restringere libertatem testandi, ut in l. cum duobus, alia incipit, si fratres, §. idem respondit, et l. ff. pro socio, non confirmatur iuramento, quia contra bonos mores, ut in reg. non est obligatorum, de reg. iur. in 6. & notant Bartol. & Doct. in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. Quando vero certa persona hæredis non exprimitur, cessat ista ratio, de qua in d. §. idem respondit, & licet sint alie rationes prohibendi, ne contrahatur societas cum incerta persona, & quia videtur in societate electa industria certa personæ, tamen nimirum, cum hæc non dicantur contra bonos mores, si contra fiat, ut tunc obligantur virtute iuramenti. Et ita intelligit casum Gregor. Lopez. ubi supra, quod mihi placet.

7 Sed si an societas iurata transeat tantum ad hæredem vel hæredes primos defuncti, vel etiam transeat ad hæredem hæredis, dubium est: Cum in re statutum sit, quod hæres hæredis primi testatoris dicitur hæres, ut in l. final. C. de hered. institutis. Et videtur quidem dicendum, quod ad primum, vel primos hæredes tantum defuncti transeat, non etiam ad vltiores, argum. gloss. in l. nulla, ff. pro socio.

8 Quæ tenet, quod societas vectigalium in casu supradicto, quo actum sit, ut transeat ad hæredem, intelligi debet ad primum hæredem, non vltra, ut in usufructu sic relicto, ut ad hæredem transeat, ut in l. antiquitas, C. de usufructu. Ergo idem videtur dicendum in nostro casu, cum hi duo casus æquiparentur respectu transitus societatis ad hæredem, scilicet, quando est societas vectigalium, item & quando alia quælibet societas est iurata, ut supra dictum est. Et illam gl. sequitur additio Christoph. Porcij, in §. manet autem, ad fin. n. 3. Institut. de societate. Sed inuenio quod Bald. in d. l. nulla, dicit gl. illam forte non esse veram: Imo magis erit transmissibilis prædicta societas vectigalium ad vltiores hæredes, per l. videamus, ff. quod metus causa. Neque obstat d. l. antiquitas, secundum eum, quia ibi verbum proferebatur ab homine contra naturam societatis vectigalium: & cum lex dicat transeat ad hæredem, intelligi de quolibet hærede, arg. l. sciendum, ff. de verb. significat. ita Bald. Inuenio etiam, quod Salycet. in d. l. nulla, postquam retulit opinionem gloss. ibi, inquit, Quod nota, quia non videtur simile (supple in d. l. antiquitas) cum ibi proprietates remaneret inutilis, sed non ita vectigal penes fscum, ut supra eod. l. actione, §. nonnunquam. Et ita etiam videtur dicendum in quacunque societate iurata pro se & hæredibus, cum tunc non militet inconueniens, quod in d. l. antiquitas militabat, si usufructus pertineret ad alios, quam ad primum hæredem, Quid tenendum in hoc articulo? Mihi videtur dicendum in hoc casu, quod siue loquamur in societate vectigalium, siue alia quacunque societate iurata accepta pro se & suis hæredibus, intelligatur non solum de primis hæredibus, sed etiam de vltioribus, nisi aliud constiterit ex mente & voluntate contrahentium. Et ad hoc tenendum moueet ex resolutione verissima meo iudicio, quam ponit & tradit Ant. Gomez. 2. tom. c. 11. de quali. contrah. n. 14.

9 Vbi dicit, quod quando sit mentio hæredum, si loquimur in contractu vel dispositione super re mere transitoria ad hæredes, semper comprehenduntur omnes hæredes in infinitum, per tex.

in l. hæredis appellatio, & in l. hæredis appellatio, & in l. sciendum, ff. de verb. significat. & in l. in annatib. C. de leg. cum aliis iuribus ibi allegatis per eum. Si vero loquimur in contractu vel dispositione super re, quæ de sui natura non est transitoria ad hæredes, si fiat mentio hæredum, talis contractus vel dispositio extenditur tantum ad primos hæredes, & ibi allegat Bar. Bald. Salyc. & communiter Dd. ita tenentes tam in d. l. antiquitas, quam in l. Gallus, paragr. etiam si a parente, ff. de liber. & posthu. & in d. l. fin. C. de hered. institutis. Sed sic est, quod societas vectigalium & alia quæcunque societas iurata, quando est conuentum in eis à principio, ut extendatur ad hæredes, & de sui natura sunt transitoria ad hæredes, ut supra dictum & probatum est, igitur transeat ad omnes hæredes in infinitum. Neque obstat, si dicatur, quod secundum hoc societates erit perpetua in infinitum, quod est contra ius, quia ad hoc responderi potest, prædictas societates posse multis aliis modis solui à iure introductis, & sic cessabit prædictum inconueniens. Et ita existimo intelligendam esse materiam hæc, saluo meliori iudicio, & quamuis adhuc videatur ob stare d. l. antiquitas, quia in casu ipsius etiam fuit relicto usufructus hæredibus, & nihilominus decidit ibi, quod non transeat vltra primos hæredes. Potest tamen responderi alia ratione, ibi hoc statutum fuisse, ne scilicet proprietates remaneret inutilis, quod contingeret, si ad omnes hæredes transeat legatum usufructus, ut supra dictum est, quod cessat in nostra questione societatis iurate vel vectigalium, quia licet transeat ad omnes hæredes, societas non efficitur perpetua, quandoquidem potest solui aliis pluribus modis.

S V M M A R I V M.

- 1 Prorogatio contractus debet fieri durante primo termino, ad hoc, ut sit idem contractus, si vero extenso fiat lapsus dicto primo termino, non erit idem contractus, sed nouus.
- 2 Ratificatio appellatiõis interposita ab alio nomine alterius, debet fieri intra terminum datum ad appellandum.
- 3 Consanguineus, cuius nomine aliquis retraxit pro tanto rem venditam, debet illud approbare infra nouem dies, datos à iure Regio ad retrahendum.
- 4 Appellari pro alio sine ipsius mandato quomodo possit.
- 5 Coniuncta persona admittuntur pro coniunctio sine mandato ad retrahendum, dummodo infra dictos nouem dies persona principalis ratificet.
- 6 Ad hæres appellatiõis alterius debet id facere intra tempus datum ad appellandum.
- 7 Prorogatio facta simpliciter, durante primo termino, præsumitur fieri cum eisdem circumstantiis & qualitatibus pena & usuris, quibus fuit primus actus.
- 8 Prorogatio si fiat aduersa forma, natura & qualitate a primo actu, non erit prorogatio, sed renouatio.
- 9 Iurans soluere certam pecunia quantitatem ad certum terminum, prorogato sibi termino à creditore non incidit in peritium, si non soluat in primo termino.
- 10 Lapsus tamen termino prorogatiõis, si non soluat, erit

erit peritium, sicut fuisse, si prorogatione non facta in primo termino minime soluerit.

- 11 Excommunicatio imposita non incurritur, etiamsi non soluat debitu in termino prorogato, nisi prorogatio fuerit facta de consensu iudicis.
- 12 Prorogatio termini solutionis debiti facta debitori principali, inscio & ignorante fideiussore, non præiudicat ipsi, sed non liberatur prima opinio. Sed contraria opinio est communis, ut in num. 14. vera resolutio & concordia ponitur in n. 15.
- 13 Instrumentum quarentigium primi anni locatiõis expresse, non habet executionem paratam pro anno tacito reconductionis.
- 14 L. 10. tit. 18. de los fiadores, lib. 3. fori intellectus, & in n. 17.
- 16 Fideiussor potestatis, qui tantum interuenit pro tempore officij assignato in prouisione Regali, non tenetur pro tempore postea prorogato.
- 18 Iuramentum partium prorogatiõis terminum compromissi, eo iam elapso, facit ipsum valere meliori modo, quo potest.
- 19 Verba, qua non possunt proprie cum sententia saluari, debent improparari.
- 20 Intrans possessionem, quasi sibi iam traditam, cum tamen non sit tradita, eam acquirit de nouo.
- 21 Prorogatio compromissi facta elapso termino ipsius, etiam absque iuramento valet, & sustinetur meliori modo, quo potest, & sic renouatio renouatio compromissi.
- 22 Prorogatio termini facta per iudicem lapsa primo termino an aliquid valeat.
- 23 Prorogatio compromissi facta durante primo termino, & cum eisdem qualitatibus appositus in primo, an comprehendat & censetur repetitum iuramentum appositum prius in ipso compromisso.

CAPVT XLIX.

De prorogatione contractus.

PROROGATIO contractus debet fieri durante primo tempore, ad hoc, ut sit idem contractus, si vero extenso fiat primo termino elapso, non est idem contractus, sed nouus, iste est text. expressus loquens in contractu precarj in leg. sed & si manente, ff. de precar. Tenet plurimos referens Anton. Gabr. lib. 2. commun. opin. conclus. 2. de dilation. num. 1. pag. 108. Et quod prorogatio facta post primum tempus non sit proprie prorogatio siue extenso, sed potius renouatio aut simile quippiam, tradit plures allegans Tiraq. de vtroque retrah. tit. 1. paragr. 1. gl. 9. n. 255. & seqq. fol. 65 & 66. vbi n. 260. quod non sufficit habere mandatam, nisi illud emptori exhibeat. Sed potest responderi huic difficultati, quod cum rati habitio & ratificatio debet fieri per consanguineum infra nouem dies datos à nostro iure ad retrahendum, tunc iurabit consanguineus in forma iuxta leg. Regias, & adimplebit eorum tenorem. Et quod extraneus non admittatur nomine consanguinei sine eius mandato ad retrahendum, nec aliquid valeat, si admittatur, nisi consanguineus ratificet infra terminum datum ad retrahendum, & tenet in terminis cum

dicialibus, secundum alios, quos refert, & num. 41. & 42. ampliat. d. l. Sed & si manente, etiam si prorogatio fiat vno momento ante finem primi temporis, etiam si incidat in tempus noctis, dum nihil restet faciendum post dictum primum tempus. Et materiam hæc prorogationis bene examinant Doct. in l. 4. in princ. ff. de dam. infect. & in c. de causis, præcipue moderni ibi, de offe. delegat. Et latissime Anton. Gabr. d. 2. conclus. per tot. Ipse vero non omnia referam, sed breuiter, annuente Deo, ea ex eis colligam, quæ in practica magis prodesse videantur, & quæ aliquam difficultatem patiuntur.

Ad idem igitur allegatur text. in l. bonorum, ff. rem rat. hab. vbi probatur, quod si quis nomine alterius absque mandato agnouerit bonorum possessionem illi delatam, debet rata haberi per eum, cui competeat eo tempore, quo peti potuit, & non potest post terminum ratificari. Quem textum vnicum & singularem & literis aureis scribendum ex Bar. & aliis dicit Ant. Gom. 1. tom. c. 1. n. 3.

Vbi ex eo primo inferit, quod si quis appellauit pro alio (intellige sine mandato) debet ratificari ab illo intra tempus datam ad appellandum. Quam opinionem per illum text. tenent etiam Speculator & Corn. & eos referens Marant. de ordin. iudic. 6. part. principal. tit. de appellat. n. 107. pag. 198. vbi concludit, quod hi decem dies, intra quos dominus debet ratificare appellationem suo nomine interpositam, currunt ei à tempore, quo sciuerit sententiam esse latam, quia ex tunc currunt sibi decem dies ad appellandum, ut in auct. hodie, C. de appellat. Et hodie per l. Regiam. tit. 16. lib. 3. ordinam. idem est dispositum in quinque diebus datis ad appellandum, ergo currunt etiam ex tunc ad ratificandam appellationem: & hæc dicit esse puram veritatem contra Speculator, dicentem currere à tempore, quo sciuit appellatum.

Secundò, quod dicit. l. bonorum nouiter inferit Anton. Gom. ubi supra, quod si quidam extraneus retraxit pro tanto rem venditam ab aliquo consanguineo nomine alterius consanguinei absque eius mandato, quod ille, cuius nomine retraxit, debet approbare & ratum habere infra nouem dies datos à nostro iure Regio retrahendum. Eadem latius repetit idem auctor 2. tom. C. de qualitat. contrah. n. 30. col. fin. illius num. Vbi inquit, quod hæc secunda illatio, licet verissima sit de iure, non tamen videtur, quod possit verificari in nostro Regno, cum principalis consanguineus, qui vult retrahere, teneatur iurare, quod illam rem vult sibi habere, & tale iuramentum sit personale, quod alius pro eo non potest facere, ideo non deberet alius admitti sine mandato ad retrahendum pro eo inuito tempore, ut bene probat Tiraq. de vtroque retrah. tit. 1. paragr. 1. gl. 9. n. 255. & seqq. fol. 65 & 66. vbi n. 260. quod non sufficit habere mandatam, nisi illud emptori exhibeat. Sed potest responderi huic difficultati, quod cum rati habitio & ratificatio debet fieri per consanguineum infra nouem dies datos à nostro iure ad retrahendum, tunc iurabit consanguineus in forma iuxta leg. Regias, & adimplebit eorum tenorem. Et quod extraneus non admittatur nomine consanguinei sine eius mandato ad retrahendum, nec aliquid valeat, si admittatur, nisi consanguineus ratificet infra terminum datum ad retrahendum, & tenet in terminis cum

Chaffan, id probans per d.l. in bonorum, & per alia plura iura, & decisiones Dd. Tiraq. d. 1. part. de viroque retrahit. §. 1. gl. 10. n. 84. & seq. facit, quod tradit Lopus alleg. 2. n. 1. dicens, quod non sufficit procuratorem presentare virtute iuris patronatus domino competentis infra 4. menses, non faciendo fidem de mandato infra dictos 4. menses, quia paria sunt, non presentare, vel minus sufficienter presentare infra tempus, per c. si quis incho. de elect. in 6. sequitur Roch. de Curt. de iur. patr. vers. honorificum, n. 16. Alias tamen vrgentior difficultas adest in proposito contra hanc illationem & similes, quae possent deducij in proposito ex d.l. bonorum (& eas tunc omitam, vt reuertar ad propriam materiam prorogationis) scilicet, quod extraneus pro consanguineo non admittitur in iudicio sine mandato, & si de facto admittatur, nihil operabitur eius petitio: quandoquidem ipse consanguineus & ceterae personae principales, quantum nomine sit actus, debent in tempore dato ad faciendum siue petendum approbare & ratificare, & si postea faciant, nihil agent, vt in d.l. bonorum. Igitur d.l. bonorum, & illationes supra ex ea factae & aliae, quae fieri possunt, de nihilo seruiunt.

4 Sed pro prima illatione supra posita potest responderi, quod bene admittitur quis sine mandato ad appellandum pro condemnato, quod mox reus ratum habere debet, vt est tex. expressus in cap. non solent. 2. quest. 6. vbi gloss. exponit verbum, mox, id est, intra decem dies, per d. l. bonorum. Secundo respondeo, quod in causis criminalibus potest quis pro alio sine eius mandato appellare, vt in l. non tantum, ff. de appellat. Et ita in hoc casu exemplificat hanc illationem supradictam Antonius Gomez. d. num. 30. ad fin. quod exemplum ego non admitto, quia in eo non requiritur vlla ratificatio rei condemnati, sed qui liber potest pro eo absque ipsius mandato appellare, etiam ipso reo resistentem vel consentiente sententiae, vt in d. l. non tantum expresse probatur: potest tamen verificari in quacunque alia appellatione, per text. in d. c. non solent, cum gl.

5 Secunda illatio supraposita potest saluari in marito pro vxore, patre pro filio, tutore & curatore pro suis minoribus. & in aliis coniunctis personis, quae licet non habeant speciale mandatum ad id, admittuntur tamen pro eis ad retractum & ad alia speciale mandatum requirunt, dum tamen infra dictos nouem dies persona principalis ratificet, vt in terminis tradit Palat. Rub. in l. 70. Taur. n. 45. & 46. & optime Tiraq. vbi supra §. 1. gl. 19. n. 92. & seq. fol. 78. ad fin. & 79. Sed ex quo intra dictos nouem dies persona principalis debet ratificare, videtur adhuc parui momenti hae illationes.

6 Vltimo ex d. l. bonorum, illam illationem, quae ceteris praestantior est, non omitam, quam tradit gloss. singularis in c. vt circa, §. aliquom, verbo, adhaeremet, ad finem, de electione, in 6. quae tenet, quod non admittentur ex virtute appellationis adhaerentes, nisi intra tempus, quo appellasse debuissent, appellationem expresse ratificauerint, & dixerint se adhaerere velle, allegat etiam text. in dicit. cap. non solent 2. questio. 6. cuius gloss. opinionem sequuntur plures Doctores, quos refert Tiraq. de viroque retrahit. 1. part. §. 1. gl. 10. n. 86. Et dicit communiter approbatam gloss. illam Sebastian. Sapia in l. 1. num. 58. C. qui admittit. sequitur eam plures allegans Sebastianus Vant. in suo

tract. nullitat. in ritu. quis possit dicere de nullitat. n. 26. fol. 56.

Sed ad materiam prorogationis rediens, est 7 semper summopere aduertendum, quod ad hoc, vt prorogatio etiam legitime facta intra tempus primae concessionis sit eadem cum prima dispositione, requiritur, quod fiat cum eisdem circumstantiis & qualitatibus, sicut fieri praesumitur, quando sit simpliciter etiam respectu personae & virarum, vt late plures allegans tradit Boer. decis. 284. n. 9. & 10. tenet etiam alios allegans Marcus Anto. Blanc. in tractat. de compromiss. 7. quest. princip. verb. prorogatio, n. 53. vol. 3. tract. fol. 181. vbi num. 55. agit, an debeant ad hoc partes dicere, prorogamus; vel an sufficiat, si dicant, elegimus, sequitur etiam Tiraq. de viroque retrahit. 2. part. §. 1. gl. 7. n. 27. fol. 297. Et Ant. Gabr. plures referens, vbi supra n. 4. & seq.

8 Secus vero erit, si prorogatio fiat diuersa forma, natura & qualitate a primo actu, quia tunc non erit prorogatio, sed renouatio, Ita tenet expresse gloss. in capit. 2. qui auctoritate glo. final. ad fin. de praebend. in 6. quam pluribus auctoribus allegatis, qui eam sequuntur, sequitur etiam Alex. in l. 4. in princ. n. 9. ff. de damn. infect. & ibi etiam notat additio Barr. n. 3. & illam gl. sequuntur in proprio loco Anehar. & Dominicus, qui dicit singularem esse, & illam gloss. dicit literis aureis scribendam Fel. in d. c. de causis, n. 2. & ibi sequitur alios allegans Decius n. 7. in 2. col. illius numeri, vers. 2. praedict. conclusio, & idem Fel. in c. 1. col. 1. de sponsalib. & Iaf. in l. lella, num. 9. ff. de iur. per. sequitur alios allegans Didac. Perez. in l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinam. col. 886. vers. dubitatur, & Boer. decis. supra dict. 284. n. 5. vbi bene exemplificat, & Couar. de pact. in 6. in princ. n. 6. vers. 5. & c.

Ex quo inferitur quod id, quod eleganter determinat Cardinal. in clemen. 2. vers. nos igitur, n. 118. de iureiur. quod si quis iurauit soluere certam quantitatem pecuniae alteri, vique ad certum terminum, & creditor concessit illi maiorem dilationem, non incidit in peritium, si non soluat in primo termino: Et ita dicit terminasse Rayner. in sua summa, paragr. item pone, per text. in c. praereca, el. 1. de sponsalib. vbi probatur, quod pars potest remittere iuramentum in sui fauorem praesertim: quam opinionem sequitur Fel. n. 2. Decius n. 7. in d. c. de causis, hac ratione, quod prorogatio videatur facta cum eisdem qualitatibus, quibus prima dilatio concessa fuit. Et tenent omnes tenentes, quod infra sequitur secundum Ant. Gabr. vbi supra n. 12.

10 Ex quo inferit ipse Decius ibi, quod lapsio termino huius prorogationis, si debitor non soluerit, erit periturus, sicut fuisset, primo termino lapsio, non facta praedicta prorogatione, si non soluerit. Et hanc illationem tenet Barr. in l. cum stipulatus sim mihi a Proculo, vers. ult. item si prorogauit terminum iuramenti, ff. de verb. obligat. & in l. 1. paragr. & post operis, ff. de non oper. num. & ibi Modern. sequitur & probat alios allegans Fel. in c. 1. n. 4. & 5. de iureiur. Et hanc testatur esse communem opinionem Dec. vbi supra in d. c. de causis, n. 7. licet ipse ibi teneat contrarium, sequitur etiam supradictam illationem Didacus Perez. vbi supra vers. hinc inferitur, alios allegans, non tamen Decium & Boer. vbi supra n. 11. sequitur etiam Marc. Anton. vbi supra num. 57. ad fin. & plures referens Couar. vbi supra qui aliter intelligit Cardinalem, vbi supra, scilicet, vt loquatur, quando debitor non soluit in

in termino prorogato, quod non sit periturus, & in hoc casu refert Doctores alios pro & contra tenentes. Sed licet Cardinalis generaliter videatur loqui, ex ipso tamen sentio loqui tantum, quando debitor termino solationis prorogato per creditorem, non soluit in primo termino, quia hoc casu optimo iure tenet Cardinal. & sequaces, quod debitor non sit periturus, quandoquidem pars sibi remisit iuramentum, quod potest facere, iuxta d. c. praereca, el. 1. de sponsal. At vero si debitor, nec in termino prorogato soluit, incidit in peritium, quandoquidem sibi non fuit remissum iuramentum in hoc termino prorogato, iuxta communem opinionem supra proxime positam, quam etiam refert esse veriorum & communem ex sententia Patris & aliorum Ant. Gabr. vbi supra n. 11.

11 Secundo inferitur ex supradictis, quod idem esse in excommunicatione prolata contra debitorem, si non soluerit Titio intra certum terminum, quia si, antequam incurrat excommunicationem, prorogetur terminus datus, non incurrit excommunicationem, nisi lapsio termino prorogato, solutione non facta, secundum Fel. & Couar. vbi supra, qui alios allegat, & Syl. nupt. lib. 6. nu. 53. vol. 6. tract. diuers. Doct. fol. 41. Et est communis opinio, secundum Nauar. in Manc. 27. nu. 14. vbi cum Syluest. hoc intelligit, quando prorogatio fuit facta de consensu iudicis, alius scilicet, quia excommunicatio non incurritur. Idem tenet frater Pedraza in sua summa, in 7. praepo. §. 15. folio 811. dixi ego allegatione 9.

12 Supradicta tamen prorogatione facta durante termino primae concessionis vera sunt & limitantur praeterquam respectu tertij, nam in ipso praedictum ipso ignorante vel inuito non censetur idem contractus & tempus per prorogationem, sed diuersus contractus vel tempus diuersum, vt contingit, quotiescunque prorogatur terminus solutionis debitori. Nam haec prorogatio non praedictum eius fideiussores, sed imo ipse fideiussores liberatur, nisi nouus consensus ipsius interueniat etiam prorogatio fiat durante primo termino, in quo ille fideiussores. Ita enim voluit Specul. in ritu. de fideiussores §. 1. vers. illud, & ibi clare Ioan. And. tenent etiam Bald. Alberi. Paul. & Alex. relati per Marc. Anto. vbi supra, nu. 60. qui cum eis videtur transire, & Tiraquel. plures allegans & inde bene inferens, vbi supra, n. 32. & seq. Sequitur plures referens Ant. Gabr. vbi supra, n. 24. Pro qua opin. videtur esse bonus tex. in litem quaritur, §. qui impleto, vers. sed hoc, ff. locat. vbi probatur, quod licet qui impleto termino conductionis remansit in conductione, non solum reconduxisse videatur, sed etiam pignorum videatur durare obligatio. Hoc tamen verum est, nisi alius pro eo in priori conductione res obligauerit: quia huius nouus consensus erit necessarius. Ecce igitur, quomodo probatur ibi, quod fideiussores datus & qui intercessit pro prima locatione, non tenetur pro tacita reconductione inducenda a lege, nisi de nouo ille fideiussores consentiat. Idem etiam expresse in eisdem terminis locationis expresse & tacite probat text. capitalis etiam in materia in l. si cum Hermes C. de locat. & conducit. & ibi notat Bal. tradit Boer. vbi supra, n. 14. text. etiam in l. Labea, la 2. vbi, ff. de arbit. vbi probatur, fideiussores primum datos ad alienius obligationis tutelam non extendi, nec censeri datos ad ipsius prorogationem.

13 Sic etiam videmus, quod instrumentum

quateringium primi anni locationis expresse non habet executionem paratam pro anno tacito reconductionis, quae est communis opinio, secundum Anton. Gomez. in leg. 64. Taur. n. 6. in fin. sequitur Gregorius Lopez. in l. 20. in gloss. mag. tit. 8. part. 5. & Didac. Perez. in l. 4. tit. 8. lib. 3. ordinam. col. 1080.

His tamen omnibus non obstantibus, contrariam sententiam, imo quod fideiussores non liberetur per prorogationem termini solutionis factam per creditorem debitorem, tenet & probat Anton. Gom. 2. tom. c. 13. de fideiussores. n. 21. vbi allegat Abb. Anchar. Bald. Angel. & Dd. hanc opinionem tenentes & dicentes, eam esse communem, & tandem inquit, hanc opinionem esse verissimam & tenendam in iudicando & consulendo, & quod nullo modo est tenenda opinio contraria, neque est seruanda distinctio l. fori 10. tit. 18. de los fideiussores, lib. 3. for. leg. quia caret ratione secundum ipsum, & tantum est seruanda in locis, in quibus esset consuetudo. Quae l. fori hoc statuebat, scilicet, quod per prorogationem termini factam debitori ante terminum solutionis sine consensu fideiussores, liberatur fideiussores ipse, quod secus dicit esse lex illa, quando prolongatio facta non fuit, si creditor ad terminum non perierit debitum suum. Et ibi Montal. in gl. 1. notat eam l. pro opin. Spec. & inquit, quod si post terminum fact talis prorogatio, non liberatur fideiussores, vt in d. l. fori, a contrario sensu, & in l. cum stipulatus sum mihi a Proculo, ff. de verb. obligat. & ibi per Barr. Quod vltimum ipse verum non puto: neque enim argumentum a contrario sensu ibi sumendum est, cum resulset praeus & absque intelledus, quia si prorogatione termini facta durante ipso primo termino liberatur fideiussores, qui non consentit prorogationi, per illam l. a fortiori liberabitur facta prorogatione post finitum primum terminum, quia cum hac non dicitur prorogatio, sed renouatio, vt in nostra l. sed est manente, cum similibus, ff. de praecario, minime censetur pro ea obligatus fideiussores, nisi expresse consentiat iterum, cum contractus fiant consensu & non alia. Hanc etiam secundam opinionem in prorogatione termini compromissi, in quo fuit datus fideiussores de soluendo omnem condemnationem, quando fideiussores simpliciter factus est, restatur communem Doct. in c. constitutus, de fidei. & alibi Marc. Anton. vbi supra d. n. 60.

Quid tenendum in hoc articulo vtili & quotidie contingenti in practica? Certe si verba & mens omnium Doctorum de hac re agentium recte considerentur, nulla contradictio inuenitur. Et ideo pro decisione huius articuli est tenenda frequens resolutio & concordia verissima meo iudicio, scilicet, quod aut fideiussores, se obligauit ad tempus, vtputa quia dixit: Volo teneri pro isto vsque ad mensum, & hoc casu liberatur fideiussores facta prorogatione temporis, & tunc loquitur proprie & procedit prima opinio supra dicta. Aut vero fideiussores obligauit se pure ad debitum sine aliqua praefinitione temporis, & tunc prorogato termino non est liberatus fideiussores. Et ita procedit secunda opinio supradicta communis. Hoc est, expressus dicere, quod siquidem primum tempus est appositum obligationi seruanda, prorogato illo termino per creditorem debitorem sine consensu fideiussores liberatur ipse fideiussores, quia illa prorogatio tendit in suum praedictum, cum tantum fuerit obligatus pro certo tempore, vnde

vide absque ipsius consensu non debet induci obligatio ultra id tempus, argumento, l. fin. digesti de pati. Si vero primum tempus non est appositum obligationi fideiussoris, sed executioni ipsius, hoc est, solutioni debiti, tunc per prorogationem non censetur liberatus fideiussor, quia sua obligatio fuit perpetua, & prorogatio illa non tendit in ipsius praedictum, sed potius in debitoris fauorem & etiam ipsius fideiussoris. Ita distinctio, concordia & resolutio colligitur clarissime ex dictis Doctorum, praecipue ex Archidia. in c. te quidem 11. q. 1. & ex ceteris Doctoribus in hoc loquentibus, & ita etiam tenet Fel. in d. c. de causis, n. 3. Et hanc distinctionem testatur communem plures Doct. referens Hippol. de Marfil. in rubric. digesti. de fideiussor. in 6. quasi. principali, num. 89. ubi inquit, eodem modo esse distinguendum, quando conuenit inter debitorem & creditorem de alia re soluenda, fideiussor non tenetur: aut simpliciter fideiussor se obligauit satisfacere creditoribus, & tunc tenetur facta permutationem seu nouationem de alia re inter debitorem & creditorem, quia eadem ratio est in hoc, quae in primo casu. Hanc etiam concordiam & distinctionem testatur communem Iaf. in d. l. lectu, num. 9. digesti. si cert. petat. dicens esse communem opinionem Canonistarum, in cap. constitutum, de fideiussoribus, quod si tempus finiendi obligationis sit prorogatum, fideiussor absens ignorans liberatur: si vero tempus inchoanda solutionis & executionis, tunc non liberatur fideiussor, sed gaudet illa prorogatione. Tenet etiam Philippus Decius in dicta. cap. de causis, num. 7. eolum. final. illius numer. de officio delegati, dicens, quod quando ex nouo termino prorogationis obligatio fideiussoris non augetur, sed prima differat, tunc non liberatur fideiussor, si vero augetur, vt in casu dicti. l. si cum Hermes, & dicti. l. item queritur. paragr. qui impleto, & dicti. l. Labeo. paragr. final. liberatur fideiussor a sequenti obligatione: non quidem a praecedenti. Hanc etiam testatur communem opinionem Canonarum, qui intelligit materiam hanc, in cap. quamuis pactum, de pati. in 6. in princip. num. 6. versicu. 4. apparet, fol. 5. col. 2. ubi bonam rationem addit. Eandem resolutionem plures referens probauit Anton. Gabriel. libr. 3. commun. opinio. conclus. 3. de fideiussor. num. 5. & 6. pagina 181. columna 1.

16 Ex qua communi resolutione inferitur, quod fideiussor Potestatis, qui fideiussit tantum pro quodam certo tempore officij assignato in prouisione Regali dicti officij, non tenebitur pro tempore poitea prorogato, quia fideiussor hic obligauit se tantum pro certo tempore, quod quidem tempus fuit appositum obligationi & non executioni: & ita per prorogationem liberatur fideiussor a sequenti obligatione, non vero a praecedenti, per supradicta, praecipue per text. in d. paragr. qui impleto, & in dicti. l. si cum Hermes. inuncta supradicta communi resolutione. Et in specie fideiussoris Potestatis ita tenet & declarat Baldus, per text. ibi in dicti. l. si cum Hermes, cuius opinionem sequitur Auend. cap. 2. pratorum, lib. 1. num. 16. folio 28. & Auiles capit. 22. prator. in gloss. Torres, numer. 22. folio 195. loquens

in Potestate confirmata in nouo tempore, & ad hoc allegat Bald. ubi supra, & Hippolyt. in dicti. rubric. de fideiussor. numero 94. Et idem dicit ipse, si de nouo electus Potestas ad officium pro sex mensibus, nam si pro aliis sex mensibus fuit de nouo electus, duo officia sunt, & non tenetur pro eo ex gestis in isto secundo officio. Inquit praeterea ipse Auil. secus esse, si fuit dictum, Prorogamus ad aliud semestre, quia est unum & idem officium, & tenetur fideiussor, & index non tenetur stare, nisi ad unum syndacatum pro vtroque, secundum Baldum, quem ipse allegat in cap. venerabilem, de electio. in fine. In quo vltimo, dum Auil. dicit, quod prorogatio officio Potestatis, fideiussor tenetur pro termino prorogato, maxime lapsus est, quia est expresse contra iura supradicta & etiam contra communem resolutionem Doctorum, & etiam contra Bald. in d. l. si cum Hermes, & sequaces, qui expresse loquuntur in fideiussore Potestatis prorogati: & tenent contrarium, imo quod fideiussor non tenetur pro tempore prorogato, quia ipse tantum se obligauit & fideiussit pro certo tempore, vnde prorogatio non sibi praedictat sine ipsius consensu, vt supra vltim. est. Neque obstat, quod Bald. dicit in d. c. venerabilem, ad finem numero 19. quia Bald. ibi non loquitur in fideiussore, sed in officio Potestatis prorogato, an sit idem, vel duo. Et licet concludat, quod sit idem, quando prorogatur, non inde sequitur, tenebitur fideiussorem, etiam pro tempore prorogato, quando ipse non consenserit, quia prorogatio illa nocere non potest tertio, hoc est fideiussori: & ita intelligenda est haec materia.

Non tamen obstat supradicta verissima & 17 communi resolutioni lex fori supradicta, quia ipsa est intelligenda secundum supradictam communem resolutionem, vel si eam intelligas, prout iacet, non habebit locum, nisi ubi de consuetudine seruat, secundum Anton. Gom. ubi supra per l. 1. Taur. quae iubet custodiri in hoc per nouam prouisionem positam in initio noue recopil. Regia. Praecipue cum in noua recopilatione in titulo de fideiussor. ipse non inueniam d. l. fori recopilatam, licet tituli illius leges omnes perlegerim. Remanet igitur lex illa in suo antiquo statu, ita vt nisi probetur eius vsus, non sit seruanda, praecipue cum sit contra ius. Ergo melius est eam secundum ius intelligere.

Vltimo in materia prorogationis factae in termino vel post terminum, est aduertendum, quod licet prorogatio fieri non possit post terminum finitum, tamen si partes finio tempore compromissi dixerint: Prorogamus compromissum vsque ad tale tempus, & interueniat iuramentum super hac prorogatione, valebit hac prorogatio, quia iuramentum facit valere actum meliori modo, quo potest, vt in l. cum pater paragr. filius matrem. digesti. de legat. 2. & ita in termino tenent Imol. Rom. & Alex. in l. 4. in princ. n. 2. digesti. de dam. infecti.

Pro qua opinione facit gloss. quod singularis in l. c. puto. digesti. famul. et c. in ver. non communicari. ubi, at hic si proprie, quam gloss. dicit singularem Bald. in c. fin. de trans. episcopi, ad hoc, quod verba, quae non possunt proprie cum sententia saluari, debeat impropriari. Ad quod etiam singularem dicit gloss. illam Angel. in princip. Instituti. de tutel. & Iaf. in l. stipulatio ista habere licet, §. id quoque, n. 7. ff. de verbor. obligat. Ergo ita in proposito dicendum est, quod cum prorogatio haec, de qua loquimur,

quimur, non possit stare propterea in compromisso, quia lapsus sit tempus, improprietur & saluetur actus, praecipue accedente iuramento.

20 Neque t obstat huic opinioni gloss. in l. 3. in princip. verb. animo, ad finem, ff. de acquirend. possessio. quae tenet, quod si intraui in possessionem quasi, mihi traditam in praeteritum, cum non esset tradita, non quero de nouo, quia est animus acquirendi de nouo. Quam gl. defendit ibi Rayn. & Alberic. Ergo ita eodem modo videbatur dicendum in proposito, quod cum partes tantum habebant animum prorogandi compromissum, & non renouandi, si non potest valere actus, vt agunt, scilicet, vt prorogatum compromissum non valeat tanquam de nouo gestum, quia deest animus partium ad id. Sed gloss. illa non obest, primo, quia contrarium eius, quod ipsa gloss. dicit, tenet Bart. ibi super ea, & idem Barto. in l. gerit, col. penult. ff. de acquirenda hereditate. & idem in consil. 206. & cum Bartol. contra gloss. ibi est communis opinio, secundum Claud. ibi in d. l. 3. in princ. n. 11. Iaf. 26. Vincent. 33. dicit etiam magis communem cum Bartol. Iaf. in l. i. qui putat, n. 6. ff. de acquirenda hereditate. Hanc etiam opinionem cum Bart. contra gloss. sequitur & testatur communem bene probans pluribus fundamentis Anton. Gom. in l. 45. Taur. n. 41. Secundo respondeo, quod etiam illa gl. illa esset vera, adhuc non obest nostrae opinioni, quia in nostro casu adest iuramentum, quod in se habet virtutem lausulae, vt si actus non valet, vt agitur, valeat meliori modo, quo valere potest, vt supra est dictum.

21 Imo plus existimo ego, quod etiam in nostro casu prorogatio compromissi non fietur cum iuramento, sed simpliciter absque eo, adhuc valeat & sustineatur actus meliori modo, quo posset, & sic tanquam renouatio compromissi, sicuti si adesset iuramentum, ex gloss. d. l. c. puto. Et ex iis fundamentis, quibus Anton. Gom. ubi supra probat opinio Bart. contra gl. id d. l. 3. quae profecto sunt efficacissima pro hac opinione. Pro qua etiam facit doctrina Barto. communiter approbata contra gloss. illam, & ita etiam constat in terminis ex Imol. Roma. & Alex. in d. l. 4. in princ. ff. de dam. infecti. Qui licet loquantur in prorogatione iurata, idem etiam esse inuunt, si iuramentum non intercesserit, quia loquuntur cum dictione, Maxime si interueniat iuramentum, quae dictio est implicitua & praesupponit idem esse, etiam si illud non interueniat. Quam etiam opinionem alios plures allegans tenet Boer. ubi supra num. 13. loquens in prorogatione compromissi facta post terminum, vt valeat, & videntur comprehensa omnia in compromisso contenta. Qui in tota illa decisione & in praecedente plurima agit in hac materia prorogationis.

22 Ex quibus t vltimo loco inferitur, non bene dixisse Specul. in tit. de dilatio. §. nunc videamus, versicu. verba haec quem inaduerter sequitur Anton. de Butrio in c. 2. de dilatio. ubi tenet, quod prorogatio termini facta per iudicem post lapsum termini, nihil valeat, quem etiam videtur secutus Tiraq. ubi supra. 2. parti. de vtroque retract. §. 1. gl. 7. n. 30. Sed contrarium est tenendum, quia licet sit finitus terminus, adhuc subest litis materia, quae prorogari potest. Pro qua opinione contra Specul. facit l. Titio centum, la pegenma, ff. de legat. 2. & ibi notant Bald. & Imol. Et ita contrariam opinionem, imo quod valeat dilatio hoc casu, tenet etiam Bald. in l. 1. c. de tempor. appell. & sequuntur

Imol. Rom. & Alex. in d. l. 4. in princ. n. 3. vbi alios allegat & respondet difficultati, quae huic opinioni opponitur ex Legata inuuliter, ff. de legat. 1. vbi Angel. Paul. Aretin. & Iaf. n. 13. hanc opinionem tenent contra Bald. & Imol. ibi, qui per illum tex. tenebant opinionem Specul. Hanc etiam secundam partem contra Specul. tenet Mencha. lib. 2. controuersi. vsus frequen. c. 14. num. 9. vbi ampliat, si in causa nulla data fuit iuramentum dilatio prius.

Vltimus est aduertendum, quod si facta 23 compromisso, cum iuramento de non contraueniendo, fiat prorogatio ipsius in tempore cum eisdem qualitatibus vt in primo, non tamen fuit repetitum iuramentum, licet fiat mentio aliarum qualitatium contentarum in primo, & dicatur, &c. non videtur repetitum iuramentum. Pro quo facit text. insignis in c. penult. de iur. iur. quo probatur, ad iuramenti religionem, & vt quis ex iuramento tenetur, non esse satis, quod fiat promissio pro relationem ad iuramentum iam praestitum, sed est necessaria specialis iurandi forma, vel verbis vel mente concepta. Et ita in terminis tenet hanc opinionem Bald. consil. 436. incipienti, quariur, si factum fuit compromissum, vol. 1. quem sequuntur Dec. & Soc. & cum eis Marc. Anton. bene probans, ubi supra in d. traet. de compromissis, quasi. princip. verb. prorogatio, n. 58. vol. 3. de iur. contra Iaf. & Curt. quos refert & limitat cum aliis, quando partes in compromisso conueniunt de prorogando. Nam tunc, quia fuit cogitatum de iuramento in genere, intelligitur esse facta repetitio. Sed latius pro huius articuli resolutione & intellectu d. c. penult. videndus est omnino Couar. ubi supra. n. 6. per totum, ubi optime examinat articulum hunc, & quatuor casus distinguit & considerat in eo. Et ideo amplius hic non disputo.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio procuratoris de mutuo recepto non nocet domino, nisi conflet de vera numeratione, vel conflet. pretium esse conuersum in causam, in quam habebat potestatem vendendi.
- 2 Mandatum est stricti iuris.
- 3 Habens mandatum ad exigendum, potest recipere solutionem.
- 4 Confessio procuratoris de recepto, ad exigendum a debitoribus constituit, non nocet domino, nisi de vera numeratione conflet.
- 5 Procurator hic, qui confiteatur recepisse interrogatus in iudicio cum iuramento tanquam testis idem deponens, facit fidem contra dominum cum alio teste.
- 6 Confessio tutoris, curatoris, executoris vel alterius cuiuscunque administratoris de recepto, non nocet domino, nisi de vera numeratione conflet.
- 7 L. Lucius, la 2. §. tutela, ff. de administ. tut. intellectus.
- 8 Confessio procuratoris de recepto, quando habet mandatum ad recipiendum & constituendum recepisse & promittendum, &c. bene nocet domino, cum communi contra Bar.
- 9 Procurator ad accipiendum habens mandatum plenum, cum libera & generali administratione ab homine, potest exigere, nouare & aliud pro alio permutare, & confiteri recepisse & tollere debita, si in super mandatum habet

- habet aliam clausulam, scilicet, quod procurator possit facere omnia illa, qua dominus presens facere possit.
- 10 L. 7. tit. 14. pars. 5. & l. 4. tit. 11. & l. 19. tit. 1. pars. 3. intellectus, & n. segg.
- 11 Procurator cum libera, & quod possit facere omnia illa, qua dominus presens facere possit, potest donare de iure Regio, licet de iure communi esset secus: & quomodo hoc de iure Regio intelligatur, numeris segg. prapricne n. 14.
- 12 Procurator cum libera de iure communi an possit liberare nullo dato vel retento.
- 13 Clausula illa: Cum libera & generali administratione, & illa: Ut possit procurator facere omnia illa, qua dominus presens facere possit, habet vim specialis mandati unaqueque de per se: & procurator sic constitutus poterit pacisci cum debitoribus, & facere quitationes, & fidem facere de debitis, & potest vendere & alienare & concedere rem sub annuo redditu.
- 15 Procurator & quacunque alia persona posita ad debitum recipiendum, an & quibus casibus possit terminum solutionis prorogare, & num. 16.
- 17 Procurator generalis etiam cum libera ad lites, non potest exigere nec interpellare protestari aut denuntiare, nisi de exigendo habeat mandatum.
- 18 Procurator generalis cum libera ad negotia potest supradicta facere.
- 19 Procurator, qui non habet potestatem ad solutionem recipiendam, potest agere, ut deponatur res, quando debitor esset condemnatus per sententiam transactam in rem iudicatam, vel si esset obligatus per instrumentum quare iugum: item & potest petere, quod res sequestratur in casibus, in quibus habet locum sequestratio.
- 20 Procurator ad vendendum & executor testamenti, an possint habere fidem de pretio.
- 21 Confessio procuratoris de recepto an noceat domino, quando dominus in mandato inuauit se ratum habituram quicquid per procuratorem gestum fuerit virtute dicti mandati, & num. segg.
- 22 Et an hoc procedat, etiam si promissio ratihabitionis non sit iurata.

CAPVT L.

De procuratore ad recipiendam constitutus.

PROCURATOR ad accipiendum ꝑ pecunias mutuo constitutus, debet vere recipere, & non sufficit, quod in instrumento confiteatur se recepisse, nisi appareat de numeratione, & non poterit alias agi contra dominum pro illo mutuo ex prædicto instrumento, quo confiteatur illud recepisse. Ita tenet expresse Bartol. in lib. 2. paragr. fin. numer. 6. digestis de reb. cred. & si cert. pet. Quæ doctrina valde allegatur & communiter approbatur per Doctores, ibi, secundum Socin. ibi numer. 16. Iaf. column. penultim. numer. 20. & Deci. numer. 26. Purpur. 87. Curt. 24. Alciat. numer. 16. & est frequentius receptum, secundum eundem Alciat. in l. solutionis, ff. de verb. signif. licet Salyc. Imol.

Fulgo. & hos referens Alciat. d. num. 16. & segg. & in d. l. solutionis, teneant contrarium. Quotum fundamenta latissime refert Alciat. ubi supra, adiciens coniecturas, ex quibus index arbitrari debet veram esse confessionem procuratoris. Quam opinionem contra communem plerique tenent, secundum Decium num. 26. qui eam etiam tenet. Sed opinionem Bartol. testatur etiam communem Anton. Gomez. in l. 9. Taur. numer. 36. col. 2. illius numeri, & tenet idem Bar. in l. a diuo Pio, ff. de emptor. numer. 6. de re iudic. vbi limitat, quando pretium receptum appareat esse conuersum in illam causam, in quam habere potestatem vendendi, quia tunc ex hoc apparet, confessionem esse veram, & num. 7. tradit, quando confiteatur conuersisse in illam causam, & non apparet. Et opin. Bar. in d. §. fin. d. n. 6. testatur etiam communem alios allegans eamque secutus Roder. Suar. in l. post rem iudicatam, in declaratione l. Regia, in versic. quia supra vilum est, numer. 15. & 16. digestis de re iudic. vbi admonet soluentes procuratoris, vt sint cauti, quod soluant in præsentia testium & tabellionis, qui attestetur de vera numeratione, & quod in eorum præsentia fuit facta solutio, alias non essent securi ex sola confessione procuratoris, sequitur etiam prædictam Bart. doctrinam alios allegans Decius conf. 493. incip. viso tenore, numer. 15. & sequentibus. Pro qua opinione primo Bart. allegat rationem, quia dominus faciens procuratorem ad recipiendam pecuniam mutuat, intelligitur de mutuo naturali, quod significat ista dictio, Ad accipiendum; sed per confessionem de recepto tantum probatur mutuum ciuile, cui natura non cooperatur, nisi probetur numeratio, ergo &c. Hæc ratio Bartol. licet non multum stringat, negari tamen non potest, quin aliud sit accipere, aliud vero confiteri accepisse, & fines mandati sunt diligenter seruandi, adeo quod excedens eos faciat actum nullum in excessu, vt in l. diligenter, cum similib. ff. mand.

Quia ꝑ mandatum est stricti iuris, vt in dist. 2. l. probatur, & in l. si procurator, de procurat. & in c. cum olim, versic. cum procurator, de officio delegat. & tenet expresse per illum text. & alia iura Didac. Perez. in l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinam. col. 937. sed finem. Secundo allegat pro hoc Bartol. text. quasi expresse in l. 1. §. si mutuum, ff. si quid in fraud. patr. vbi probatur, quod patronus poterit agere Fabiana, quando liberatus spondit se soluturum mutuum, quod confiteatur accepisse: quasi in fraudem factum illud sit, cum confiteatur, si non constat de vera receptione. Itaque non nocet patrono confessio illa liberi de mutuo recepto, iuncta promissione de illo soluendo. Allegatur etiam text. in l. si debitorem meum, ff. de nouat. Sed vltra Bart. melior text. allegatur pro eius opi. & communi in l. non abstulit, C. de noua. ibi, Cum neque eo, quod non soluebat, eos liberare poterat.

Ex quo text. ꝑ primo colligitur, quod licet ꝑ habens mandatum ad exigendum possit recipere solutionem, secundum Bartol. & Alex. in l. 3. digestis solut. mar. vbi Paulus de Castro, per d. l. non abstulit, testatur ita communiter teneri: tamen non poterit liberare, & debet constare de vera solutione.

Secundo inferitur ꝑ ex dicto text. & ex communi doctrina Bartol. supradicta, quod ex non tantum procedit in mado ad accipiendam pecuniam mutuatam,

mutuatam, prout loquitur Bart. sed etiam in mandato dato ad exigendum à debitoribus: Nam debet constare de vera solutione, & non sufficit confessio procuratoris de recepto, quia illa non nocet domino, quia est extraneus, vt in l. certum, cum similib. ff. de confessi. & ita notant ex illo text. in dict. l. non abstulit, Bartol. Bald. & Angel. & idem Angel. in l. nam & nocere, ff. de pacti. quem refert & sequitur Roderic. Suarez. ubi supra, n. 15. dicens ex illo text. quod procurator constitutus ad quitandum de receptis, non sufficit, quod faciat confessionem de recepto, sed requiritur, quod realiter probetur solutio per testes vel scripturam: quod etiam sequitur per illum text. Paulus de Cast. in dict. l. 2. §. fin. ff. si cert. petat.

Vbi inquit, quod si iste ꝑ procurator, qui in instrumento confiteatur se recepisse, tanquam testis cum iuramento interrogaretur, & sic non per modum voluntariæ iurisdictionis, sed ex necessitate, bene facit fidem vna cum alio teste, etiam contra dominum, per ea quæ notantur in l. non solum, in fine principij, ff. de procurat. quod confessio procuratoris non voluntaria, sed ex necessitate facta, præiudicat domino. Quæ omnia sunt summopere notanda, quia quotidie in præctica contingunt. Etiam ego hoc allegaui in fauorem domini, qui dedit mandatum ad accipiendum, & procurator confessus fuit se recepisse, & reuera non recepit integrum, quia fuit error in calculatione, licet totum confessus fuit recepisse, & ad euitandam probationem erroris, si forte probari nequiret, allegaui supradictam doctrinam respectu tantum eius quantitatis, in qua fuit error, non vero in reliquo, quia id dominus ratum habuit.

Vltcrius supradictam ꝑ doctrinam Bart. communiter approbatam, quæ loquitur in procuratore, ampliat, vt procedat etiam in tutore, curatore, executoris testamenti, vel alio quocunque administratore, nam eorum confessio non nocet domino: communis est secundum Andr. Tiraquell. de retractu comen. §. 4. gloss. 6. numer. 12. fol. 317. vbi num. 13. refert tenentes contra Bart. ubi supra.

Sed contra supradictam ꝑ doctrinam Bart. & communem vnus text. allegatur qui videtur aliquo modo contrarium probare, scilicet iuncta sua gloss. in l. Lucius, la 2. paragr. tutela digestis de admimis. tut. vbi probatur, quod si pupillus conueniat suos debitores in iudicio, & ipsi debitores exhibeant apochas sibi factas à tutore de recepto, inquit text. liberatos eos esse ipso iure à pupillo. Et subdit gloss. in verb. apocha, scilicet in quibus de debito fuerat tutor confessus, scilicet se recepisse. Ecce ergo text. iuncta sua gloss. vbi confessio tutoris de recepto liberat ipso iure debitores pupilli. Si igitur hoc in pupilli debitoribus contingit, à fortiori idem erit dicendum in maiorum debitoribus. Ideo pro solutione huius difficultatis Bart. ibi reprobat illum intellectum, Alexand. vero in dict. §. fin. sequutus gl. inquit, quod ideo ibi confessio de recepto præiudicat pupillo, quia tutor confetur habere mandatum generale cum libera à lege, iuxta gloss. in l. mandato generali, ff. de procurat. Sed hanc Alex. solutionem reprobat Iaf. in d. §. fin. num. 10. eo quod licet procurator habens generale mandatum cum libera ab homine, possit præiudicare domino indistincte, si procurator, cui libera, ff. de procurat. quia imputandum est domino qui dedit latas habenas procuratori, vt in l. cum mandato, dig. de minorib. tamen

secus est in habente mandatum generale cum libera à lege, vt probat text. in leg. 1. versic. denique, ff. de officio procurat. Casar. & ibi notat Bald. & idem Bald. in capis. contingit, column. vltim. de transact. allegatus per Iaf. ubi supra, & tradit Alciat. ibidem numer. 16. allegans bona iura ad hoc. Vnde vera solutio videtur, quam Iaf. ibi assignat, scilicet, quod text. ille tantum abest, vt non probet contra Bart. & communem, sed quod imo illam probet, dum dicit text. ille, Sub conditione, scilicet si soluisset. Quasi dicat expresse text. ita demum liberari debitores pupilli exhibentes apochas tutoris de recepto si soluerint, hoc est, si probatum fuerit eos soluisse. Ergo non sufficit apocha de recepto, & sic confessio, nisi probetur solutio. Et ita recte inspectus text. ille optime probat, & melius quam alius communem opinionem supradictam. Ponderatque Iaf. ibi plura concurrere, quæ stringunt in fauorem communis, scilicet, illa conditio si soluisset: item, quod erat tutor qui à lege habet mandatum cum libera: item, quod tutor confetur quasi dominus rerum pupilli: item quod agebatur de actu magis fauorabili, scilicet, liberationis. Et tamen his tribus concurrentibus non præiudicat sola apocha confessionis. Quanto igitur minus præiudicabit in casu Bart. sola confessio simplicis procuratoris: Et ita intellecto text. illi non obstat declaratio suprad. gl. ibi, quia vltra confessionem tutoris in apocha contentam requirit text. solutionem, h. e. probationem solutionis. Et ita ex suprad. remanet bene probata & defensata doctrina Bar. in d. §. si. num. 6.

Quam ꝑ ampliat ipse Bar. ibi numer. 7. etiam si in mandato dicatur ad accipiendum & confitendum recepisse, & ad promittendum: ad hoc enim inquit Bar. quod dominus non poterit conueniri ex illo instrumento. Quia illa verba ad confitendum recepisse intelliguntur, secundum pecuniam receptam, quia si aliter intelligeretur esset donatio, vt in d. paragr. si mutuum, quæ donatio procuratori non videtur permissa, nisi exprimat, vt in l. contra iuris, paragr. 1. & final. dig. de pacti. Et licet aliqui Doct. sequantur hanc extensionem Bar. tamen communiter reprobat, & tenetur contrarium, quia illa verba & ad confitendum recepisse, quid debent necessario operari, & sibi imputet dominus qui tale mandatum dedit. Ita testatur Doct. supra allegari, qui approbant suprad. doctrinam Bart. in d. paragr. fin. num. 6. Nam hanc extensionem reprobat & dicunt communiter teneri contrarium in eo, quod dicit in d. num. 7. Et in specie ita dicitur Cur. ibi num. 26. Iaf. 23. & Decius 38. & Alexand. in d. l. a Diuo Pio, ff. de emptor. numer. 12. & 14. ff. de re iudic. & testatur eam communem opinionem esse contra Bart. Addit Suar. ubi supra, num. 16. quod ex supradictis remanet limitata doctrina communis Bart. dist. numer. 6. vno casu, quando dominus dedit mandatum ad accipiendum & confitendum accepisse, quam opinio aduersus Bart. testatur receptiorem Alc. in dict. §. fin. num. 19.

Secunda limitatio doctrine Bart. ꝑ potest constitui, quando procurator ad accipiendum habet mandatum plenum cum libera & generali administratione ab homine (hoc est) domino, nam huiusmodi procurator potest exigere, nouare, & alid pro alio permutare, vt in i. procurator cui generaliter, ff. de proc. & parte pecuniæ accepta, liberare debitores de reliquo, vt in d. l. non abstulit, & ibi glossa, fin. Codice de nouat. expresse notat

per dict. leg. procurator, cui generaliter. Si igitur potest liberate, poterit a fortiiori confiteri recepisse, & confessio nocebit domino & sibi impu-
 tet, qui mandatum ita amplum dedit procura-
 tori. Pro qua etiam opinione allego optimam
 leg. septimam, titulo 14. part. 5. vbi loquens text.
 in procuratore ad exigendum debitum in iudi-
 cio & dicens, quod huiusmodi procurator non
 potest recipere debitum, nisi specialiter sibi hoc
 concedatur in mandato, subdit hæc verba: *Otro
 si de ximos, que tal personero como este no puede fa-
 cer pleyto de quitamiento, con aquel a quien hade deman-
 dar el debito, que gelo demande, ni gelo puede quitar.
 Pero si en la carta de la personeria le fuesse otorgado
 libre ellenero poder en demandar, e en recabdar la
 debda, e fazer todas las otras cosas que el señor podria
 fa-er, si fuesse presente, omonge bien podria recibir la
 paga, o quitar el debito, tambien como el señor que lo
 hizo su personero.* Et idem probat leg. 4. tit. 11. &
 l. 19. tit. 1. in 3. partit. quibus legibus expresse ap-
 probatur supradicta gloss. l. non abstulit, quæ idem
 tenebat de iure communi, quod leg. illæ probant.
 Et ita bene resultat & probatur ex eis, quod
 procurator constitutus supradicto modo potest
 confiteri accepisse, & talis confessio præiudica-
 bit domino, quandoquidem potest debitum tolle-
 re, sicut dominus, qui dedit mandatum. Sed
 si dominus confiteretur recepisse debitum, non
 admitteretur contra confessionem suam si re-
 nuntiavit exceptioni non numeratæ pecuniæ, &
 si illi non renuntiavit intra triginta tantum dies
 admittitur ad opponendam prædict. exceptio-
 nem, et in leg. in contractibus, §. super ceteris, Codice
 de non numerat. pecun. Ergo idem dicendum est in
 procuratore sic constituto, quandoquidem in
 mandato dicitur, quod possit omnia facere quæ
 ipse dominus si præfens esset, facere posset: Et ita
 est tenendum per supradictas leg.

10 Sed pro eorum declaratione est ¶ aduertendum,
 quod Gregor. Lopez in dict. leg. 19. in glossa
 magna ad finem, & in glossa sequent. inquit, quod
 prædict. ll. non procedunt in rebus valde præ-
 iudicialibus propter abusum notariorum, qui
 passim absque mandantium consensu, eisque
 proculs ignorantibus iuxta proprium stylum dic-
 ta verba inferunt, vt tradit *Consuetud. in
 consuetud. Parisiensis* titulo 1. §. 10. quæstion. 3. rela-
 tus per Gregorium Lopez, vbi supra. Sed ipse
 contra hanc limitationem Gregorij video, qua-
 si expressas dictas leg. Regias, præcipue dict.
 leg. 7. quæ permittit procuratorem supradicto
 modo constitutum posse tollere debitum, &
 sic donare, & dict. leg. 19. dum dicit: *o quitalle
 la demanda.* Nam supradicta sunt magni præ-
 iudicij. Et idem probat dict. leg. 4. quas leg.
 forte non vidit *Comenius Molinæ* & ideo non
 videtur curandum de eius opinione, cum ha-
 beamus leg. Regias expresse probantes contra-
 rium. Neque obstat si dicatur quod illa verba,
O quitar el debito, & illa, O qui valle la demanda,
 intelligantur per transactionem: nam præter-
 quam quod leg. illæ hoc non dicunt, sed sim-
 pliciter & generaliter permittunt, quod pro-
 curator possit liberate, dict. leg. 19. dicit, *Que
 el procurador no se pueda auenir ni quitar la deman-
 da, sino fuere quando tuviere poder especial, o estu-
 vielle constituydo de la manera que dicen las dichas
 leyes.* Item dict. leg. 7. inquit, *Que el tal personero
 no teniendo el dicho poder libre, y llenero, &c. No
 puede fa-er pleyto de quitamiento con aquel a quien*

ha de demandar el debito que gelo no demande, ni
 gelo puede quitar. Et sic transigere & facere pact-
 um de non petendo, & tollere debitum vel
 actionem pro diuersis ponantur in dictis legi-
 bus. Nihilominus tamen opinio Gregor. Lo-
 pez, tenenda est tanquam æquior, qui vidit præ-
 dictas leg. Regias easque limitauit prædicto
 modo: Iniquum est enim, vt procurator genera-
 lis prædict. etiam modo constitutus possit ita
 immodice nocere domino in scio & inuito, quia
 si id vellet a principio, mandatum speciale suo
 procuratori ad id concessisset. Cum ergo hoc
 non fecerit, sed generalem procuratorem cum
 constituerit etiam cum prædict. clausulis am-
 plis non videtur eius mentis fuisse, vt prædict.
 procurator sic generaliter constitutus, sibi in
 valde præiudicialibus nocere possit, sed in mo-
 dico. Nec obstat ll. Regia in verbis supra rela-
 tis, quia etiam in casibus ipsarum, licet id possit
 facere prædict. procurator, modice laedi potest
 dominus ob diuersos respectus, & consideratio-
 nes in similibus negotiis contingentes, & sic
 sunt ipsæ restringendæ ob naturam, æquitatem
 atque rationem, quare merito eandem opinio-
 nem & intellectum ad prædict. ll. Regias sequi-
 tur, & dicit teneri Covar. in rubric. de testam. 2. part.
 num. 14. fol. 8. & iterum libro 1. variar. cap. 6. num. 3.
 probauit etiam nouissime D. Anton. Quelada
 quæst. 3. num. 17. libro 1. diuersarum quæst. iuris, vbi
 & alios plures auctores externos ad idem refert:
 idem etiam Marienc. in leg. 3. gloss. 2. num. 4. tit. 3.
 libro 5. nouæ collect. Regia, & iterum in leg. 8. gloss. 14.
 numero 9. tit. 11. libro 5. nouæ collect. Reg. vbi n. 10.
 nouiter conatur respondere ad dict. leg. 19. ne obis-
 tuic sententiæ, obstat vero responsoni, dict. l. 7.
 verba supra relata.

Probant ¶ præterea ll. illa Regia, quod pro-
 11 curator cum libera de iure Regio potest donare
 contra text. de iure communi in leg. contra iuris,
 §. final. digest. de pact. per quem text. ita tradit Dec.
 dict. consil. 493. numero 16. & consil. 401. incip. in
 causa illustrissima, numero 9. Sed supra dict. leg.
 Regia hoc plus habent & requirunt quam dict.
 §. final. leg. contra iuris, scilicet, vt iuxta mandatum
 cum libera (cum quo solum de iure communi
 non poterat fieri donatio, vt in dict. §. final.) con-
 cedatur procuratori, vt possit facere omnia alia,
 quæ dominus posset facere si esset præfens, vt
 dict. ll. dicunt. Et ex eis notat aduertens esse neces-
 sarium, quod hoc dicatur Gregor. Lopez in dict.
 leg. 7. in gloss. que el señor. Ergo cum procurator
 ita amplum mandatum habet, merito quod possit
 donare, cum id dominus quoque facere posset, &
 procurator hoc modo constitutus possit facere
 omnia, quæ ipse dominus facere posset: & licet
 leg. illæ hoc non expriment, scil. quod possit do-
 nare, dicunt tamen quod possit liberate & ac-
 ceptilare, quod idem est in effectu.

Et licet ¶ liberate possit etiam iure communi
 12 procurator cum libera, iuxta gloss. dict. leg. non
 abstulit, & gloss. dict. leg. contra iuris, §. final. quæ
 tenet, quod habens liberam administrationem
 peculij, possit bona fide gratis facere pactum de
 non petendo debitum, & sic remittere vt qua
 non habet probationes, & sic non confidit de iure
 suo, non vero quando id faceret animo donan-
 di, quam opinionem de iure communi defendit
 Alexand. in leg. pactum, la 3. num. 4. Codice de pact.
 vbi Curtius Senior in repetit. num. 4. & 6. volum. 6.
 repet. fol. 192. testatur gl. fin. dict. §. final. communiter
 approba

approbatam. Contrariam tamen opinionem, imo
 quod aliter quam aliquo dato vel tenore remis-
 si debiti iniquum non valeat, tenet Bald. in l.
 1. numer. 7. Cod. de pact. & in l. in dict. paragr. fi-
 nal. numer. 17. & Ioann. Imol. in lex duobus, la 2.
 numer. 10. ff. de duobus reis, vbi gloss. tenet etiam
 hanc opinionem, & Alexand. sibi contrarius in
 consil. 22. numer. 7. libr. 1. Curtius Iunior in l. Pra-
 ses, numer. 5. Cod. de tranfact. Præterea etiam si opi-
 nio prior glossarum esset vera iure communi, me-
 rito quod legibus Regis attentis procurator
 cum libera posset donare, cum per dictas leg. Re-
 gias ad hoc ultra mandatum cum libera requi-
 ratur alia clausula, scilicet vt procurator possit
 facere omnia illa, quæ dominus præfens facere
 posset, cuius virtute poterit donare procurator,
 sicut dominus posset quia hæc verba ita ampla
 habent vim expressi & specialis mandati ad om-
 nes res, quas dominus facere poterat. Et ita ve-
 titus videtur tenendum, quamuis Gregorius Lo-
 pez. in dict. l. 7. in gloss. libre ellenero, ad finem, teneat
 contrarium per dict. l. contra iuris, paragr. final.
 & l. filiusfamilias, digest. de donat. & Bald. in dict.
 l. non abstulit, & Alexand. consil. 44. volum. 2. Sed
 hæc allegationes Gregor. sunt de iure communi,
 nos vero agimus de iure Regio, attentis dictis
 ll. Regias, quæ amplius disponunt quam ius
 commune. Sed nihilominus propter auctorita-
 tem tanti viri, scilicet Greg. Lop. relinquo cogi-
 tandum super hoc vltimo de donatione. Imo rem
 maturius considerando, opinio Greg. adhuc ve-
 tior videtur, ne corrigatur ius commune per di-
 ctas leg. Regias, quæ extra suum casum ininimè
 sunt trahendæ ad casum meræ & gratuita don-
 ationis de quo nunc agimus: & in terminis
 idem sentit Matien. vbi supra num. 2. 3. & 4. præ-
 maxime attento intellectu & limitatione ad præ-
 dict. leg. Regias supra num. 10. a nobis assignato
 ex Greg. Lopez, & aliis ibi relatis.

13 Vide ¶ etiam in proposito Montetiosum in
 sua præf. 7. tractatu, fol. 123. column. 2. in prin-
 cip. vbi tenet, quod clausula hæc, *Cum libera &
 generali administratione*, &c. habet vim specia-
 lis mandati de per se, & etiam alia clausula, de
 qua in dictis legibus, illa scilicet vt procurator
 possit omnia alia, quæ dominus præfens facere
 posset, & ibi etiam admonet, vt in mandatis ad
 exigendum hæc clausula non apponatur, quia eis
 appositus poterit procurator pacisci cum debi-
 toribus & facere quietationes, & fidem facere de
 debitis contra voluntatem domini. De quo etiam
 est videndus Matth. de Afflic. decisio. Neapol. 305.
 numer. 3. 4. & 5. vbi etiam tradit de prædicta clau-
 sula, vt habeat virtutem mandati specialis, & pos-
 sit omnia facere procurator, quæ ipse dominus
 posset, vendere & alienare & concedere rem sub
 anno redditu: quibus fit vt possit talis procura-
 tor donare.

14 Sed hæc intelligenda sunt sano modo, non
 quidem, vt principaliter donare possit alicui, nec
 possit dominum obligare ad dandum de nouo
 ex alio respectu vel occasione, quæ procedat extra
 causam & res contentas in mandato. Et hoc
 modo potest saluari & intelligi opinio Greg. Lo-
 pez. Bene tamen posset procurator virtute dicti
 mandati cū suprad. clausulis dati, debita vel actio-
 nes domini, super quibus principaliter emanauit
 mandatum, tollere in totum, debitores liberando
 vel pro parte tranfigendo, vel alium contractum
 facere quemcumque super contentis in instrumē-

to mandati. Et ita procedant & intelligantur su-
 prad. leges Reg. quod nota, & hoc modo declar-
 antur dictæ leges: sed adhuc & in hæc specie de-
 claratio Greg. Lop. & sequacium, vbi supra tenen-
 da est ad eadem ll. ex suprad. rationibus.

Item circa ¶ prædicta est aduertendum, quod 15
 procurator vel alia quæcumque persona, quæ
 posita est & constituta ad solutionem recipien-
 dam, non potest terminum solutionis prorogare,
 nisi tempus & locus fuerint in eius potestate col-
 lata. Ita est casus singularis, licet longus, in l. quis
 Romæ, §. Callimachus, ff. de verb. oblig. per quem text.
 ita tenet & late agit & declarat articulum hunc
 Rod. Suar. vbi supra. num. 19. & seq. vbi respondet
 text. qui videtur probare contrarium in l. fin. §. si
 quis professus, ff. de publica & vetig. 16. Et ¶ num. 22. 16
 hoc verum esse intelligit, præterquam in procura-
 tore ad recipiendum cum libera & generali ad-
 ministratione, quando hæc clausula apponitur
 causæ, puta *Facio te procuratorem in causis tali,*
quam habeo vel habere intendo cum Titio, concedens
prædictis liberam & generalem administrationem,
 quia tunc huiusmodi procurator poterit proro-
 gare terminum solutionis: secus si dicta clausula
 apponatur liti & instantiæ, puta *Facio te procura-
 torem ad agendum & defendendum, & ad litem con-
 testandam, &c.* & sublequatur, & datur in præd. li-
 beram administrationem, quia tunc non causæ sed
 instantiæ videtur libera administratio concessa,
 secundum Bartol. in dict. paragr. Callimachus, ad-
 dens ultra hoc, quod si huic verbo, *causis*, adiecta
 tur verbum futuri temporis, non refertur ad
 causam, sed ad instantiam, puta *Constituo te pro-
 curatorem in causis, quam habiturus sum cum tali.*
 Quod dicit esse menti tenendum Roderic. Sua-
 rez, vbi supra, & quod habuit de factis in diuersis
 instrumentis. Non tamen loquitur Roderic. Sua-
 rez, quando in mandato adest alia clausula su-
 pradicta, scil. & quod possit facere omnia alia, quæ do-
 minus præfens facere posset, in qua eodem modo non
 videtur distinguendum, sed quod tunc indistin-
 ctè procurator possit facere omnia, quæ dicunt d.
 leges Regia, & a fortiiori possit prorogare ter-
 minum solutionis, quandoquidem & tollere
 potest, vt in d. legibus Regias. Quod probatur ex
 eisdem, vbi tantum requiritur, quod in instrumē-
 to mandati apponatur dictæ clausule, non verò
 exigunt, vt in aliqua certa parte ipsius mandati
 apponantur. Itaque in quacunque parte instrumē-
 ti mandati apponatur, habebit locum ean-
 dem, legum dispositio, vt inuunt in illis ver-
 bis, *Si en la carta de la personeria le fuesse otorgado,*
 &c. & ibi *En la personeria.*

17 Vterius est ¶ addendum in proposito, quod
 procurator generalis, etiam cum libera ad lites,
 non potest exigere neque interpellare, protestari
 aut denuntiare, nisi de exigendo habeat man-
 datum, vt tenet Tiraquell. de viroque retract. sit.
 1. paragr. 1. gloss. 13. num. 32. & 33. fol. 94. quod pro-
 batur etiam in d. l. Reg. 7. nisi quando appositæ
 sunt d. clausule, de quib. ibi & in aliis similib. su-
 pra allegatis.

Item secus ¶ in procuratore cum libera ad ne-
 18 gotia, vt in dict. l. procurator, cui generaliter libera,
 digesti de procurat. & in c. qui ad agendum, cod.
 tit. lib. 6.

Sed Roderic. Suarez ¶ vbi supra, num. 29. & seq. 19
 vsque ad finem d. versio. cum Bald. & Bartol. & aliis
 Dd. quos refert, tenet, quod procurator qui non
 habet potestatem ad solutionem recipiendam,
 S 2 potest